

Author: Desbillons

Title: 5.11 Vulpis et Rubus

URL:

https://archive.org/details/bub_gb_15kOAAAQAAJ/page/102/mode/1up?view=theater

Agitata Vulpis cum periculo, in Rubum
Densum asperumque se coniecit, et canes
Elusit, et cum pungeretur sentibus
"Etiamne," dixit, "qui me servant, sauciant?
At saucient, dum servant, nam didici malum
Ferendum esse leve, ut evitetur maximum."

Vulpis,
agitata cum periculo,
coniecit se
in Rubum,
densum asperumque,
et elusit canes.
Et cum pungeretur sentibus,
(Vulpis) dixit,
"Etiamne (hi) sauciant (me)
qui me servant?
At saucient,
dum servant,
nam didici
leve malum
esse ferendum,

ut evitetur maximum (malum)."

Agita·ta Vul·pis cum · peri·cul~ in · Rubum
Dens~ as·perum·que se · conje·cit, et · canes
Elu·sit, et · cum pun·gere·tur sen·tibus
"Etiam·ne," dix·it, "qui · me ser·vant, sau·ciant?
At sau·cient, · dum ser·vent, nam · didici · malum
Ferend~ · esse le·v~ ut e·vite·tur max·imum."